

Illustrissimo Domino Comiti Bonato. C.
 C. R. Patavinae Universitatis Professore, ac Magnifico Praesidi

Appropinquante studiorum instauratione incunabulis anni in
 ista Cesarea Regia Universitate, infrascriptus filius Fran-
 cisci de Grandi Militaris Praefecti Emeriti, ob eius opera
 exalta satis superque clara, annum XXI aetatis suae a-
 gens praelectionibus Jurisprudentiae adesse optat, cum
 elementaribus praecipue Philosophiae generalis sufficien-
 ter se imbutum arbitretur, vel in primis Mathema-
 ticis et Physicis, Logicis Ethicisque institutionibus, qui-
 bus praesertim incubuit. Quamobrem putat se reci-
 pi posse auditorem, ut postulat, eo magis, quo nonnul-
 las utriusque Juris praenotiones jam adeptus, adeo ut
 non plane expers accedere possit: et quanquam inge-
 nio minimus, bona voluntate tamen nemine inferior.
 Praeinde Virum Clarissimum Universitatis Rectorem
 perobservanter rogat, ut inter praedictae facultatis audi-
 tores cum conductis privilegiis concessis cooptetur.
 Venetiis - Fidei. Kal. Novembris - 1819 -

Carolus Antonius de Grandi